



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

Qvæstio I. Vbinam in jure, & à quibus potissimùm hæc materia de Vicario  
generali Episcopi tractetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



# TRACTATUS DE VICARIO GENERALI EPISCOPI. CAPUT PRIMUM.

De Vicarii nomine, definitione, variis speciebus, constitutione, qualitatibus.

## PARAGRAPHUS. I.

Vicarius Episcopi quis propriè sit, & quibus de cetero id nomen competit?

**Quæstio 1.** Ubinam in jure, & à quibus potissimum hæc materia de Vicario Generali Episcopi tractetur.

**R**espondeo ad primum; In jure exstat Titulus 28. l. 1. de officio Vicarii; verum ibi potissimum tractatur de Vicariis beneficialibus, nec non de Vicario Papæ est c. 5. Idem est Titulus 13. l. 1. in sexto: sed magis ibi de Vicario jurisdictionis, seu Episcopi.

2. Respondeo ad secundum. Tractare hanc materiam de Vicario Generali Episcopi Authores solent ad c. ult. de offic. Vic. in 6. In specie vero tractavit illam speciali tractatu Jacob. Sbrozii, Paris. de resignat. benefic. l. 7. q. 24. Lancellot. Institut. Juris Can. l. 1. tit. de offic. Vic. Zeclius de rep. ecclesiast. c. de Vicar. Episc. Leo. Thes. fori ecclesiast. p. 1. c. 10. Reb. in prax. benef. tit. de Vicar. Episc. & Rubric. Vicariatus. Apostol. Sanch. de marim. l. 3. d. 29. Garc. de benef. p. 9. c. 8. Zerola. In prax. Episc. v. Vicar. Barbos. Juris Eccles. l. 1. c. 15. & in sum. decision. Apostolic. v. Vicar. Aldan. compend. resolut. canon. c. 43. & plures alii apud Garciam loc. cit. Ex recentioribus vero Lotter. de re benef. l. 1. q. 28. n. 124. & seq. & lib. eod. q. 16. n. 63. & seq. Pirk. ad tit. de offic. Vicar. sec. 2. per 9. §. Pax Jord. l. 12. tit. 1. Ventriglia Tom. 2. annot. 14. per 2. §§.

**Quæstio 2.** Nomen Vicarij unde, & qui hoc nomine in jure veniant?

1. Respondeo ad primum. Vicarius dicitur à vice quam gerit, vel quæ alicujus muneri vel loco succedit. Sbroz. de offic. Vicar. l. 1. q. 1. n. 2. citans Ciceronem in Verrem act. 6. ubi iste succedam ego Vicarius muneri tuo. Et pro Roscio Amerino: Propterea, p. Leuren. Vicarius Episcop.

quod quibus rebus ipsi interesse non possumus, in his vicaria fides amicorum supponitur. Unde

2. Respondeo ad secundum. Latissime sumendo

hoc nomen, veniunt sub eo, quotquot vices aliorum, in quorum locum sufficiuntur, gerunt. A-

zot. Inst. moral. l. 3. c. 6. q. 1. Sbroz. loc. cit. q. 2. n.

6. Aliquantò strictius hoc nomen usurpatur in Ju-

re civili, & veniunt sub eo, quotquot in locum alterius Magistratus, absenti scilicet, mortui aut

impediti, substituantur ab iis, qui à lege hanc substituendi potestatem habent. Barbos. Juris Ec-

cles. l. 3. c. 6. n. 1. In jure namque civili Magistrat

tus & Judices Vicarios suos habere posse, quorum

opera utantur, patet ex tit. eod. de offic. vicar.

Strictius adhuc in Jure Canonico, ut dicantur Vicarii,

qui legitima auctoritate constituti sunt, ut Episco-

pi alteriusve Praelati, Parochi, aut Clerici vices ge-

rant in divinis mysteriis celebrandis, aut jurisdic-

tione exercenda. Pirk. ad Tit. de offic. vicar. num. 1.

Siquidem in Jure Canonico rectè constitutum con-

stat, ut Praelati & Rectores Ecclesiast. qui quandoque

variis negotiis occupati non omnibus, que

officii ratio exigit, interesse, eaque per se praesta-

re possunt, Vicarios sibi adsciscere valeant, quo-

rum opera in officiis sibi commissis uterentur, ne

quid in his cum damno Ecclesia negligatur.

**Quæstio 3.** Qualiter Vicarius differat à vices gerente, locuteneiente & delegato?

1. Respondeo ad primum, & secundum: qui ab ipso Praelato constituitur in loco Vicarii, dicitur vices gerens: qui vero ab ipso Vicario sibi ipsi substitutus, dicitur Locuteneiens; cum Vicarius Vicarium sibi substituere non dicatur juxta c. Clericos. de offic. vicar. Barbos. loc. cit. n. 4. & 5.

2. Respondeo ad tertium: Vicarius non nisi per ordinariam jurisdictionem, quam gerit, distinguitur à delegato. Sbroz. l. 1. q. 28. n. 7. & 8. ubi is ex Bartol. illum intelligi Vicarium, qui gerit in eodem loco vices Ordinarii, in quo ipse Ordinarius judicare solet; alias esse delegatum, & non Vicarium, etiam speciali titulo Vicarii crearetur. Pro quo etiam citat Marant. de ordin. judic. p. 4. diffinit. s. princip. n. 8. Didac. de pract. quest. c. 4. n. 8.

A

Quæstio